



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 2. Petri Oxomensis errores damnati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Scriptorum pars hac in re fidem me-
retur. (*)

Sæcul. XV.
A.C. 1479.

§. II.

Petri Oxomensis errores damnati.

Hoc anno Sixtus IV. confirmavit sen-
tentiam, qua Alphonsus Carillus *Argentre*
Toletanus Archiepiscopus errores per- *colleçt judic.*
strinxit, quos Petrus Oxomensis Theo- *de nov. er-*
logiæ in urbe Salmanticensi Doctor *ror p. 298.*
vulgaverat; hic enim in quodam tra-
ctatu de confessione typis impresso se-
quentes erroneas propositiones docebat.
I. Peccata mortalia tam quoad culpam, quam
quoad pœnam alterius vitæ sine respectu
ad claves Ecclesiæ sola cordis contritione
delentur. II. Confessio peccatorum in par-
ticulari & quoad speciem non a jure divino,
sed duntaxat ab universalis Ecclesiæ decre-
to descendit. III. Pravæ cogitationes con-
fessionem non sunt subjiciendæ, sed sola dispi-
centia absque ordine ad confessionem expian-
dæ. IV. Peccata occulta, non vero aliis
cognita confessione sunt perpurganda. V. Con-
fitentibus absolutio ante adimpletam injun-
ctæ

(*) Impia pax, quæ enormi scelere obnoxiiis,
& contumacibus, cum læsione sacrarum legum,
ac Pontificiæ auctoritatis vilipensione, concessa
fuiſſet; ac præcox veniæ facilitas, & impuni-
tatis spes maxima est illecebra peccandi.

Sæcul. XV.
A. C. 1479.

Etæ pœnitentiæ satisfactionem non est concedenda. VI. Nec potest Pontifex Purgatorii pœnas remittere. VII. Ecclesia urbis Romanæ in suis decisionibus errare potest. VIII. Papa non potest super his, quæ uniuersalis Ecclesia statuit, dispensare. IX. Sacramentum pœnitentiæ quantum ad gratiam quam producit, est Sacramentum legis naturæ, nec in veteri nec in nouo Testamento

P. Alex. hist. institutum. Pater Natalis Alexander referens Oxomensis errores, nec sexti, septimi, nec octavi mentionem facit, quamvis vis eos Caranza in sua Summa Conciliarum recenseat.

*P. Alex. hist. institutum.
Eccl. part. I.
sæcl. 15. p. 429
Caranza ad
hunc annum.*

§. III.

*Archiepiscopi Toletani sententia
Pontifice confirmata.*

Alphonsus Carillus Toletanus Archiepiscopus has propositiones a plurimis Doctoribus per plures dies maturè discuti iussit, easque hanc in rem convocatis Viris suæ Diœcesis scientia longè eminentissimis damnauit, edicto die vigesima quarta Maji promulgato declarans, eas esse hæreticas, erroneas, scandalosas, male sonantes, atque Auctoris librum a Promotore fidei igni adjudicandum. Præterea omnes, nisi mentem mutarent anathematis ignominia notavit, qui hoc sce errores tenerent. Hæc Archiepiscopi